Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

Lugo, Juan

[S.l.], 1632-1633

Sectio I.

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

DISPVTATIO V

De locutione Angelorum.

Angelos invicem loqui certissimum ē, ē colligitur ex Scriptura ē Patribꝰ quorum loca vide apud Suarez in presenti lib. 2. c. 26. difficultas ē in explicando quomodo fiat hæc collocutio, n̄ ē. videtur pōc fieri eo modo quo fit p̄ inter hōes qui n̄ aliter loquuntur quam producendo quædam signa sensibilia in aëre quibus suos conceptus significent. Angeli q̄ eiusmodi signa n̄ producunt ē aliunde actus interni s̄t occulti. difficile ē ergo explicare modum proprium Angelicæ locutionis.

SECTIO I.

Referuntur variæ sententiæ.

Prima sententia dicit Angelos loqui sicut hōes producendo aliqua signa materialia ē sensibilia quæ formantur in Coelo, vel in aëre, vel in corporibꝰ assumptis. alij dicunt ēē signa quædam spiritualia repræsentativa conceptuum, quæ quidem frequenter dicuntur imprimi in ipso Angelo loquente qui simul gerat munꝰ charta ē scriptoris, ēē item qualitates n̄āa sua transeuntes sicut voces quæ formantur in aëre, deniq̄ significare n̄ fōaliter sed instrumentaliter eo modo quo character s̄ntꝰ ē qualitas significans instrumentaliter, vt diximꝰ in mat.ª de Sacramentis.

Hæc sententia difficilis ē; nam imprimis incredibile ē q̄ Angelꝰ indigeat signo sensibili ē m̄ali ad loquendum, numquid ē si nullum corpus fuisset productum Angeli fuisset muti? deinde si signa sint spiritualia vel illa significant n̄āaliter vel ad placitum. si ad placitum, quomodo ergo Angeli imposuerunt illam significatiōem, adhoc ē. debebant convenire ē loqui. si verò significent n̄āaliter difficile imprimis ē, siquidem illa signa debent fieri in ipso loquente n̄ in audiente (: n̄ ē. pt Angelꝰ agere in distans n̄ agendo per medium:) quomodo Angelus excitetur, a loquente ad audiendum, nam vel posito illo signo eo ipso ē cognoscibile ab alijs, ē tunc sequitur n̄ pōe vnum Angelum loqui cum alio quin audiatur ab oibꝰ, ē per sequens tollitur de medio secretum q̄d in oī Republica illectuali ē maxime necessarium. vel illud signum n̄ ē cognoscibile nisi ab illis a quibꝰ loquens vult vt cognoscatur, ē tunc iam ad locutionem requiris actum voluntatis liberum pter productionem illius signi q̄ sine illo signo pōes dicere locutionem fieri per illum solum actum voluntatis ordinantis seu manifestantis alteri suos conceptus. deinde nos ipsi experimur n̄āali instinctu loqui nos sæpe mentaliter cum Angelis petendo vel narrando &c,

ē tn̄ n̄

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

et tamen non utimur productione aliqua talium signorum, cur ergo similiter non poterunt invicem loqui absque illis signis?

2da sententia docet locutionem unius Angeli esse solum actum intellectus quo Angelus loquens cognoscit reflexe suam volitionem vel aliam cognitionem et simul ordinat illud obiectum ad alterum Angelum, nam haec cognitio reflexa quae Angelo, cui inest, repraesentat formaliter, Angelo ad quem ordinatur repraesentat instrumentaliter. In hanc sententiam magis inclinat P. Vasquez in praesenti disp. 3ij cap. ij supponens Angelis esse occultas volitiones non tamen cogitationes aliorum, unde infert posita tali cognitione reflexa statim cognosci eius obiectum ab Angelo ad quem ordinatur.

Haec etiam sententia difficilis est. imo quia ipse Vasques fatetur non sufficere ad rationem locutionis conceptum reflexum utcunque sed requirit directionem ad talem Angelum, haec autem directio non bene intelligitur quod sit actus intellectus, magis enim videtur pertinere ad voluntatem et illa cognitio sola non potest esse formaliter locutio. 2do quia supponit principium falsum scilicet cogitationes unius Angeli esse notas alijs, ex hoc enim fieret quod non posset unus Angelus actus suae voluntatis cognoscere quin eo ipso fierent manifesti alijs Angelis. item non posse loqui cum uno quin obiectum manifestum fiat omnibus, nam cognitio qua loquitur debet cognosci ab omnibus. item Angelum ferè nunquam loqui vel saltem parum utiliter nisi ad declarandas suas volitiones, nam cognitiones iam supponuntur alijs esse notae. denique contra hanc sententiam est quod nunquam unus Angelus posset alium decipere, quia non aliter loquitur nisi producendo in se cognitionem reflexam suae volitionis, non potest autem Angelus videre velle se decipere vel cognoscere suam volitionem aliter ac est et nec potest eam aliter manifestare.

Tertia sententia est aliorum qui dicunt Angelum loqui quidem per actus cognitionis non tamen per omnes, supponunt enim hi Authores cognitiones unius Angeli non esse notas alijs, dicunt tamen esse quoddam peculiare genus cognitionum quibus cognoscitur obiectum non absolute et secundum se sed relate et prout volitum significare alteri, quando autem Angelus loquitur habet in se hanc cognitionem qua cognoscit tale obiectum ut volitum a se significari alteri, qua cognitione posita statim ille alius cognoscit hanc cognitionem et in ea obiectum quod intendit manifestari. hinc fit imo posse unum Angelum audire alijs non audientibus, quia singuli Angeli habent species earum solum cognitionum quae ad ipsos diriguntur, hoc est, quibus significatur obiectum prout volitum ipsis manifestari. 2do posse Angelum mentiri, nam potest manifestare vere aliquod obiectum contrarium quod iudicat esse verum, quia illa cognitio solum repraesentat illud obiectum ut volitum manifestari, non vero iudicat directe ita esse. hanc sententiam late explicat et tuetur P. Arubal in praesenti disp. 17j cap. 3.

Contra hanc sententiam una est mihi difficultas, nam quicunque sit ille actus intellectus certum est debere ante ipsum praecedere actum voluntatis quo Angelus vult significare ea quae postea iudicat se velle significare. inquiro ergo tunc posito illo actu voluntatis antequam generetur illud iudicium reflexum non manifestet

alteri

alteri Angelo illa volitio? eam e. Angelus loquens abstulit quantum ē ex se sigillum & impedimentum secreti, eam ordinauit illam volitionem ad alterum Angelum voleas ut ipsi fieret manifesta. rursus illa volitio ft. aeq clare cognosci ab habente speciem illius sicut actus illectus subsequens. denique cognita illa volitione cognosceretur etiam obtu volitum per ipsam significari. quid ergo deest ut illa volitio sit locutio, vel ad quem finem ē necessaria illa cognitio subsequens reflexa super eam volitionem?

Dices: qa locutio debet ēē actus illectus. Sed contra, qa illa ē locutio cui conuenit definitio locutionis, hoc ē, manifestare alteri obtu, & haec. a. volitio si pfecte cognoscatur poterit pfecte manifestare alteri obtu qd Angelus intendit manifestare. & n' minus poterit ēē locutio illa volitio praecedens quam cognitio subsequens, atq ideo superflua erit illa cognitio reflexa quam petunt ad locutionem.

Ex hac 3tia sententia ē ex 1ma supra relata aliqui recentiores construunt aliam 4tam sententiam, ē dicunt Angelos loqui ad inuicem per qualitates quasdam spirituales quas producunt ab illis libere in suis ipsorum, quibus loquuntur, illectibus, quarum qualitatum oēs Angeli hnt species naales infusas a Deo, n' c. ut secretae in sua entitate sed quando ponuntur poīt ab oībus cognosci, n' tn cognoscet oēs quid significent, ut etiam illa qualitates capaces intensionis ē remissionis, maioris ē minoris duraōis prout Angelus voluerit applicare hoc vel illo modo potentiam earum productiuam quae n' ē alia nisi illectus; Deus. a. ad placitum suum assumpsit has qualitates ut significent obta diuersa pro diuersitate intensionis ē remissionis, maioris vel minoris duraōis, ex hac e. varietate formant diuersum idioma ē diuersam linguam, cuius diuersa linguae notitiam infudit Deus diuersis Angelis ut vnusquisq sibi soli cognoscat talem linguam vel talem institutionem idiomatis quo poīt percipi ab hoc Angelo ē n' ab alio, ita ut vnusquisq ab Angelus ab initio sciat tot linguas diuersas quot st Angeli, per quarum singulas singuli ei loqui poīnt scilicet linguam Michaelinam, Gabrielinam, ē ipse totidem linguas hab quibus illis respondeat singulis in propria lingua, sicut Apli in die Pentecostes habuerunt notitiā linguae graecae, latinae &c.

Explicant hoc exemplo soni maalis qui cum sit vna qualitas producta ex compressione aeris per linguam, palatum, dentes, ē labia; haec tn qualitas assumpta fuit a Deo in turri Babylonica ut significaret ad placitum res + oēs secundum infinitam pene diuersitatem idiomatum quae diuersitas fundatur in diuersitate physica illius soni hoc vel illo modo prolati, cum hac vel illa intensione, in tanta vel tanta duraōe, quae facit syllabam longam aut breuem, sonum acutum vel grauem, cum tali vel tali combinaōe syllabarum ē litterarum. sic ergo qualitas illa spiritualis producta in illectu Angeli hēt has vel illas notas secundum intensionem vel duraōem ut formet diuersum idioma. pt. a. illa qualitas appellari sonus spiritualis ē reduci ad 3tiam speciem qualitatis quae dicitur

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

qua dicitur passio e passibilis qualitas. donec hoc verum dicunt de aia separata quæ producit etiam in se huiusmodi qualitates e in statu separaois accipit a Deo infusam notitiam tot linguarum quot st Angeli e aiæ separatæ ut singulis per singulas linguas diuersas respondeat e loquatur.

Hæc sentia plausibilis videtur, qa rem hanc explicat proportione ad locutionem humanam quantum fieri pt. Sed adhuc cotra ipsam videntur procedere raões supra indicatæ e vlterius alia peculiares. imprimis e. difficile e mea sentia tueri facultatem perpetuam loquendi secreto inter Angelos e Aias separatas, si e. Deus semel instituerit linguam v. g. qua Michaël loquatur cum Gabriele, quam linguam, quoad sonum materialem oes audiunt, imprimis iam oes ad minus sciunt Michaëlem loqui cum Gabriele licet n illigant, qd dicat, qd quidem n parum minuit de secreto, multum e. refert qd nesciat aliq n solum quid loquatur sed etiam t an loquatur cum alio. deinde pt Gabriel alteri Angelo amico explicare idioma Michaëlis in ipso, e extra doceri ab illo idioma eiusdem Michaëlis cum illo; quo semel posito n poterit vlterius Michaël secreto loqui cum Gabriele nisi Deus aliam nouam linguam pro illis instituat. adde licet in humanis soleant Principes certis notis arbitrarijs e arcanis, uti, seu litteris singularibus quibus sua secreta consilia alijs scribunt, reperiri tn hoes in hac arte adeo peritos ut oes eiusmodi notas interpretari tandem valeant, collatis scilicet dictionibus sæpe repetitis e alia multa obseruando. mirum ergo eet si post seculorum experientiam Angeli perspicacissimi n obseruassent quibus notis aut qualitatibus Michaël significet Gabrieli passionem Xri, incarnaoem vel quid simile, qd si partem illius idiomatis iam illigunt poterunt paulatim aliam e aliam partem illigere, e sic post multa sæcula aliquando totam aut magna ex parte linguam illam illigent, cum oes de facto videant in hac sentia qualitates illas quando producuntur licet eas n illigant.

Deo si oia illa signa st adhoc ut nunc post hic Angelus loqui cum illo e postea cum alio ita ut singuli solum illigant signa suæ linguæ, n poterit vnus Angelus loqui simul cum oibus nec potuit Lucifer vnam concionem habere ad vniuersos ut eos post se traheret, nec Michaël potuisset vna etiam exhortaoe oes confirmare, sed deberent tot conciones diuersas habere quot st Angeli, siquidem deberent linguis oium loqui ut ab oibus illigerentur quæ oes e singulæ per se erant diuersæ. e.a. parum credibile pro Angelum simul attendere e loqui innumerabilibus linguis diuersis, pt e. virtutem illectus finitam e limitatam, nec videtur poe simul tot effectus adæquate diuersos producere.

Dicere pot aliquis instituisse etiam Deum pter illa signa particularia singulorum alia coia quæ eet quasi lingua coïs oium Angelorum qua uti pont quando nolunt aliquid dicere secreto. Sed nec hoc satisfacit, qa sæpe Angelus vult dicere aliquid n oibus sed dimidiæ vel 3tiæ parti Angelorum v. g. Lucifer vult aliqd suum consilium cum suis socijs conferre. e n vult illigi ab Angelis Sanctis,

vel econtra

vel econtra Angeli Sancti decernunt aliquid contra daemones nec volunt ab ijs intelligi, quo casu necessaria erit alia lingua communis tali multitudini Angelorum et peculiaris pro illis, et eodem modo necessaria erit alia lingua diversa quando vult Angelus intelligi a 100 vel 1000 legionibus Angelorum et non ab alijs, quae omnia videntur difficilia, et multo magis difficilia in Animabus separatis, quae cum multo magis limitatam habeat virtutem quam Angeli, oportebit ut habeant innumeras linguas quibus utuntur quando volunt loqui simul cum multis Animabus vel Angelis et nolunt ab alijs Animabus vel Angelis intelligi, quod etiam de Animabus damnatis et puerorum existentium in limbo concedendum erit.

Tertio urgeri potest ratio supra innuata ab experientia nostra, nos enim experimur quod in hac vita mortali loquimur mentaliter Deo et Angelis absque illa productione huiusmodi signorum aut notitia talium linguarum, non videtur autem credibile Animam separatam a corpore amittere facultatem illam loquendi cum Deo et cum Angelis quam in hac vita habebat, cum talis modus loquendi sit possibilis. et quidem dubitari non potest quod cum Deo absque illis signis possumus loqui proprie et in rigore, cum de facto ita loquamur et credendum est Animas etiam separatas posse cum Deo loqui et Deum orare, quod si Animabus id conceditur non videtur etiam Angelis denegandum; nec credi potest quod Angelus qui in primo suae creationis instanti Deum naturaliter cognovit non potuit alloqui vel orare Deum illum quem cognovit antequam acciperet aliquam linguam et voces ad placitum significantes quibus Deum alloquatur. si autem conceditur posse orare et alloqui Deum sicut et nos absque huiusmodi vocibus ad placitum institutis, prout omnino videtur concedendum, non apparet cur non posset etiam Angelos alloqui eo modo, sicut et nos Angelos ita alloquimur, ac per consequens non erit necessarium instituere tot idiomata ad placitum significantia.

Denique id quod dicunt illi Authores apta esse illa signa sicut et voces humanas ad diversam significationem sortiendam per diversum modum vel accentum aut durationem qua proferuntur quasi syllabae longae aut breves; hoc, inquam, male applicatur ad illa signa spiritualia, Angelus enim non indiget tempore necessario ad loquendum, sicut nos indigemus eo quod syllabas successive proferimus, Angelus autem in instanti potest suam mentem aperire et significare Angelo desiderium quod habet vel propositum suum, ut etiam in nobis experientia testatur, qui possumus mentaliter loqui in instanti Deo vel Sanctis Angelis, nam sicut in instanti possumus elicere actum fidei, sic possumus in instanti elicere blasphemiam mentalem contra Deum vel Sanctos, possumus item in instanti orare Deum vel Deiparam, non ergo est inferioris conditionis Angeli vel Anima separata ut non possint etiam in instanti orare Deum vel Deiparam eo quod in sua locutione habeant voces aliquas quae ad significandum indigeant maiori duratione sicut indiget in nobis syllaba longior. non ergo debemus metiri ita Angelicam locutionem cum locutione nostra externa ut velimus in omnibus esse similem, non enim potest non habere multas imperfectiones.

Quinta

Quinta sententia est Angelum loqui quatenus producit in audiente cogni=
tionem illius obiecti quod loquitur Angelo audiente habente se passive ad eam cogniti=
onem recipiendam. ita Scotus in 2do dist. 9. q. 2. § ad quaestionem, istam. hoc
tamen communiter rejicitur. jmo quia intellectio est actus vitalis et per consequens non potest saltem
naturaliter fieri sine efficientia ipsius intelligentis. 2do quia saepe Angelus loquens
distat ab audiente, quare non poterit illam intellectionem producere. 3tio quia nos quan=
do loquimur Angelis non producimus intellectionem Angeli, vt constat.

Sexta sententia est P. Vasquez dicto cap. 27 num. 22 et seqq. vbi docet
jmo Angelum loquentem non solum dare licentiam alteri cognoscendi suos actus,
hoc est. non est proprie loqui, sed etiam excitare illum vt audiat. 2do hanc excitationem
non fieri sine aliqua actione loquentis circa audientem. 3tio hanc actionem esse
productionem speciei quam loquens producit de novo in intellectu audientis. hinc
infert cap. 28 num. 28 locutionem esse in Angelo loquente, auditionem vero seu
effectum locutionis esse in audiente, nam in audiente est productio speciei quae est terminus
~~productionis~~ locutionis, in loquente vero est principium illius speciei quod principium dicitur
proprie & verbum. rursus num. 29 infert locutionem aliquando esse actum intellectus
aliquando voluntatis, quando est. id quod manifestatur est actus intellectus tunc ipsa
intellectio ~~[illegible]~~ concurrit immediate ad producendam speciem sui in intellectu alterius
Angeli, econtra vero quando volitio manifestatur, volitio producit speciem sui
in audiente atque ita volitio nunc erit locutio.

In hac sententia aliqua placent aliqua displicent. placet locutionem non
fieri sine excitatione et excitationem non fieri sine productione alicuius effectus de novo
in audiente. item hunc effectum esse speciem novam quam antea non habebat ille qui
excitatur. displicet tamen jmo quod haec species debeat fieri efficienter ab Angelo loquen=
te, cum enim hic saepe distet non videtur posse illam producere, dicere autem quod Angelus non
possit loqui nisi Angelo intime praesenti est incredibile, nam vt vnus Angelus loque=
retur simul ad plures oporteret prius eos omnes in vnum locum penetrative congre=
gare vt omnes possent simul audire. dicere vero quod Angelus in hoc casu possit agere
physice in distans non agendo per medium videtur parum Philosophicum, et contra
id quod ipse Suarez in Metaphysica opinatur, vbi disp. 18 sect. 8 num. 20 et 46 docet
nullum omnino agens etiam spirituale posse saltem naturaliter ita operari, nam eadem
repugnantia videtur esse de omnibus agentibus.

2do displicet, quia ex ea sententia sequitur Angelum non posse mentiri aut
velle alterum Angelum decipere, nam loquitur semper producendo speciem qua alius Angelus
cognoscat eius intellectionem vel volitionem, et Angelus audiens videt intuitive
iudicium quod Angelus loquens habet de tali obiecto vel propositum internum quod habet fa-
ciendi talem rem. consequens autem videtur etiam incredibile, nam videtur esse proprium
Dei non posse fallere et mentiri, et quidem nos ipsi experimur in nobis quod possumus
mentiri quando loquimur cum Angelis narrando vel promittendo eis aliqua
quae scimus non esse facta aut facienda. cur ergo similiter Angelus non poterit

mentaliter

mentaliter alium decipere.

Tertio displicet quatenus dicit intellectionem aut volitionem qua unus vult manifestare alteri esse verbum quo loquitur, hoc, inquam, videtur difficile, nam de ratione verbi est quod producatur ad repraesentandum illi respectu cuius est verbum, volitio autem qua unus Angelus vult movere coelum et quam postea vult manifestare alteri non fuit producta ad manifestandum aliquid alteri Angelo, et ipsa formaliter non est locutio aut verbum, sed potius illa secunda voluntas qua prima volitio manifestatur diceretur magis proprie locutio cum per ipsam manifestetur prima.

Quarto denique displicet, quia nos quando loquimur mentaliter cum Angelis non producimus efficienter in ipsis aliquas species nostrorum actuum, ut recte ipse Suarez dicto cap. 28 num. 68. et videtur ex se manifestum, et tamen volumus cum Angelis loqui et ipso indirecte nostra cognoscimus posse nos manifestare illis nostra secreta interna absque aliqua efficientia nostra, cur ergo similiter Angelus non poterit loqui cum alio eo modo quo nos loquimur cum illis, cum hic modus locutionis non repugnet.

Nec obstat S. Thomas infra q. 107. ar. 1. ad 3. ubi ait sicut per signum sensibile excitatur sensus, ita per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari mentem Angeli ad attendendum, ubi videtur poni efficientia Angeli loquentis erga audientem. Respondeo esse sermonem ibi esse de activitate impropria quatenus volitio unius Angeli, qua ordinat suum conceptum in alio, est ratio ut in altero producantur species, et ita licet non proprie efficienter, proprie tamen habet vim excitandi, quatenus habet vim ponendi conditionem requisitam ut ille alius audiat.

SECTIO II.

Probabilior sententia.

Mihi probabilius est locutionem Angeli consistere in volitione quadam ordinante tale obiectum ad alium Angelum, nam licet locutio passiva seu quatenus se tenet ex parte audientis pertineat ad intellectum, quia per locutionem semper tenditur ad manifestandum aliquid, caeterum ex parte loquentis magis videtur pertinere ad voluntatem, ut sentit Capreolus in 2.do dist. 11 q. 2. Caietanus infra q. 107. art. 1. et alii Thomistae qui putant esse sententiam S. Thomae de oratione quae est quaedam particularis locutio idem docet Suarez tom. 2 de Religione lib. 1 de oratione cap. 4. et cap. 3 affert pro eadem sententia Medinam cod. de poenitentia tract. de oratione cap. 2. Waldensem tom. 3. cap. 2. num. 10. et alios multos.

Probatur autem breviter ratione supra indicata: quia locutio est illa per quam loquens manifestat alteri suum actum internum et eius obiectum, sed per ordinationem voluntatis manifestatur sufficienter illud obiectum alteri et per illam voluntatem sufficienter loquitur unus Angelus alteri. Maior est manifesta, quia omnis locutio tendit

ad com=